furoris extinctum; puto quod iam uos ad miserandum magis quam ad ipse-
quendum sermo conuerterit, & quid dico puto immo certus sum; Uideo
enim uultus uestros furore depulso lacrimas proferentes; Induti enim estis
xpm & induti estis uiscera misericordiae & ideo didicistis dolere cum do-
lentibus flere cum flentib; Quam breuis seminantem mihi sermonem
misericordiae seges fecunda pietatis ascendit; & confido quod iam nunc
misericordiae manipulos congregabo; prosternamus nos quaeso religioso
principi immo potius obsecremus primo misericordiam dī qui cor regis
emolliat qui furorem principis mitig& ut integram ab eo gratiam me-
reamur; & quidem comperi quod iamdudum ad aures eius delatum est
quod hic ad altare & uerum istud auxilium confugiss& & insistente ex-
ercitu & exposcente sit eum trader& ob scelerum suorum poenas luendas
longa ratione usum quas edar& exercitum; Audio enim prosequutum eqd
in singulis quib; que delinquentib; non ea tantum consideranda essent
que peccauerint sed & ea quae aliquando fortiter aliter gesserint. Cumq;
in his non solum tumentis animos non placer& uerum & acrius inflammar&
dolentium praecipue & imperatoris iniuriam, tum ille de serenissimo uultu
profusis lacrimis ammonuisse fertur exercitum quod ad dī altare confugerit
& ita tanti illius furoris impetum restrinxiss& sed & nos quod ex nobis est
agimus; Si enim propriae iniuriae acerbitatem non exsequitur imperator
quid s̄cīs facere dicer& quid filius ecclesiae agere conueni&; Quib; paulo post
accedendum est ad scā quibus sunt contingenda mysteria quibus oratio dominica
offerenda est in qua dicendum est; Remitte nobis debita nostra sicut & nos
dimittimus debitorib; nostris; Scimus hunc debitorem esse multorum scimus eū
ingentis iniuriae; Uerbum non est nunc iudicii tempus sed pietatis; Nec ultionis sed mi-
serationis; Neque sententiae sed indulgentiae; Desinite quaeso uos ab indignatione
animi cohibete iras tumorem que depellite & ad preces uos misericordis dn̄i
una mecum conuertite ut d& ei ueniam liber& eum de inminentibus gladiis
& concedat ei tempus penitentiae ut possit se exuere omnibus malis quibus in-
feliciter inditus est, Rogemus imperatorem ut honor& ecclesiam honor&

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0238